



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis  
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et  
Justitiae, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in  
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus  
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum  
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque  
omnibus in utroque Foro ...

Pars I. De Testamentis, Codicillis, & ultimis voluntatibus. Pars II. De  
Hærede, & Hæreditate. Pars III. De Legitima Trebellianica, & aliis  
Detractionibus

**Luca, Giovanni Battista de  
Coloniae Agrippinae, 1690**

Disc. XXI. Romana augment. dotis. De inventario defectivo, & an ex isto  
defectu sit exercibile judicium executivum contra hæredem in persona, &  
bonis propriis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74043](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74043)

um deponere juxta illud temperamentum, quod caput fuit in Romana domus insinuata sub iur. de legi. & detract. disc. 35. non autem ut exinde sub praetextu hujusmodi liquidationis, judicium impeditatur.

Solent enim possessores bonorum, juxta consuetudines rerum calumnias, ac subterfugia, item in longissimae tempora protrahere, ut ita impediatur bonorum vindicationem, idque itanimum defacili sequeretur, quoniam juxta quotidianam experientiam, cum hujusmodi estimationes fieri soleant ad duobus peritis per ipsas partes eligendis, qui perpetuè sunt inter se discordes, dem revera non gerunt partes arbitrorum, ut gerere deberent, sed potius illas locantum operas suas ad favorem ejus, quipso elegit, ideoque oportet deputare tertium non suspicendum, in quo concordando consumuntur anni, & postquam ille dedit peritiam, magna assumuntur disputationes super istius impugnatione, ac erroneitate, ac deputatione peritioris. & sic successivè, adeò ut causa, in quibus oportet audire judicia peritorum, ferè nunquid videtur finem, & consequenter effici fovere calumnias, quae refescandæ sunt, quamvis praxis doceat, quod studiosè quandoque per Judices nutriuntur.

Alter casus est, ubi heres pariter agendo ex iure suo, molestat tertium excipiente de eadem regulæ text. in l. cum à matre, seu l. vindicantem non quidem ob impossibilem hereditatis sufficientiam, cum heres omnium bonorum in inventario descripторum rationem reddiderit, sed sub praetextu, quod inventarium non esset legitimè confectum, ac fraudulentum, ideoque ejus beneficium suffragari non debet, sed tanquam ex eo cessante heres teneatur in solidum, & ultra vires, & tuas nisi de vitio constet in continentia adeo ut sit infestio, quæ deducatur ex defectu extrinseco requirente probationes, unde dicatur res altioris indaginis, rechè intrat axioma quod actio clara, exceptio turbida, ideoque non videatur heres impediri, quin jus suum exercet, nam ita major aditus calumniarum nutrimento aperiretur ut supra; Atque ita sequeretur, quod heres in processu exequitivo conveniret in persona, & bonis propriis sub praetextu inventarii non bene confecti, cuius contrarium est verius, ut plures hoc tit. advertiunt præsertim disc. seq.

Tertius denum est casus, quando heres à creditoribus hereditaris convenitur, ac molestatur in bonis quidem hereditarii, quæ tamen ipse cum iuribus propriis anterioribus absorbere potest, unde de cœs excipiendo, replicetur de inventario minus legitimo, vel de non redditis rationibus, quoniam non per hoc procedendum est ad executionem, sed juxta præmissam per Salustium præfigendum est terminus eo modo, quo siageretur de relaxando cœquatur in persona & bonis propriis, quoniam ita esset id agere, dum de facto in bonis, & iuribus propriis anterioribus, pro quibus bona hereditaria possideret, non obstante inventarii beneficio, patetur, nisi ex eadem ratione, de qua supra in primo casu, esset locus eidem Judicis arbitrio, regulando ex quantitate, & qualitate bonorum hereditarium, ac respectivè iurium, de quibus heres excipit, ne pro modica summa sibi debita, universum a se in hereditarium cooperiret, omnesque creditoris eludere lecet; Ideoque intrare videtur id, quod frequens mea est consuetudo dicendi, ut ista dicantur questiones potius facti, quam juris, pro facti quæ sitate & circumstantiis decidenda, non autem cum regulis, vel conclusionibus generalibus, vel cum editionibus, quæ in aliis casibus prodierint.

Pars II. de herede.

## ROMANA AUGMENT. DOTIS,

PRO  
ROSEO JACOMINO  
CVM

HIERONYMA DE BENEDICTIS.

Casus decisus per Rotam pro Roseo.

De inventario defecitivo, & an ex isto defectu sit exercibile judicium executivum contra heredem in persona, & bonis propriis,

S U M M A R I U M.

- 1 **F**acti series.
- 2 **H**eres adiens cum beneficio inventarii est tuus à molestia in persona & bonis propriis, & reputatur diversa persona.
- 3 **I**dem est non facere inventarium, ac facere non bene.
- 4 **I**nventarium quoad non citatos habetur pro non existente.
- 5 **I**ntra quantum tempus inventarium est inchoandum, & perficiendum.
- 6 **N**on confecto inventario, eadem via executiva competens contra defunctum, competit contra heredem.
- 7 **D**eclaratur, ubi nullum confectum est inventarium, secundum confectum & pretendatur invalidum.
- 8 **Q**uid operetur omissione inventarii in damnum heredis.
- 9 **A**n contra eum procedi possit criminaliter.
- 10 **Q**uomodo confidendum inventarium de mercibus existentibus in taberna.
- 11 **Q**uando expedit inventarium distinctum non conficeret.
- 12 **C**ohares non benefaciens inventarium, non opponere cumdem defecitum coharedi.
- 13 **D**eclaratur conclusio, an & quando in iudicio possessori manutentionis, suffragetur inventarium, vel ne.
- 14 **O**bligatio de proprio, an privet heredem beneficio inventarii remissive.

D I S C. XXI.

**D**efuncto Bernardino Jacomino absque filii scripto herede Roseo germano fratre, hic hereditatem adiuit cum beneficio legis & inventarii, cuius confectione pendente plures controversiae, tam civiles, quam criminales exortæ sunt, inter ipsum, & Hieronymam defuncti uxorem, ad cuius instantiam pro dote, lucro, dotis augmentatione, & aliis præstationibus, per A. C. relaxatum fuit mandatum exequitativum, etiam in persona & bonis propriis contra dictum Roseum, qui proinde, rescribente Signatura de appellatione in Rota ad devolutivum tantum cum clausula, sine prajudicio legitima executionis, per annum & ultra carcerationem passus est, qua adhuc durante, cum in hoc statu evocatus esset; In congressu habito, pro directione prosecutionis causa in Rota, & quale dubium peten-

D 3

dum

De LUCH  
de  
stamentis  
etc.  
GYI

dum esset, ut eligendo viam magis expeditam cele-  
rius à carceribus liberari posset; Cum cæteri con-  
gregati super petitis consilium dando, multa benè  
disurristent, tamen meritis, quām in ordine, sed  
semper cum presupposito disputandi in Rota; Di-  
verfa fuit mea opinio, redundi scilicet ad Signatu-  
ram, atque tentandi recessum à priori rescripto  
emanato super commissione appellationis ad devo-  
lutiū tantum, cum de justitia, processus exequi-  
tivus non intraret, ideoque locus esset commissio-  
ni appellationis ad utrumque, & consequēter quod  
exequitio in persona & bonis propriis esset atten-  
tata, & invalida, ideoque antē omnia revocanda;  
Talifīcē sensus ratio fuit, quod prosequitivo in  
Rota, itante stylo Tribunalis, non concedendi sen-  
tentias, vel decreta nisi prævia disputatione cum  
editione decisionis, adversus quam frequenter, sal-  
tim unica audentia concedi solet, idque juxta expe-  
riential, longum importare solet temporis interitiū,  
hinc propterea imprudens consilium videba-  
tur interim pati, quod principalis indebitam carce-  
ris macerationem pateretur.

Assumpta igitur nova disputatione in Signatu-  
ra super modo rescribendi de appellatione (cum  
sensu etiam veritatis,) dicebam omnino rescriben-  
dum esse de appellatione simpliciter ad utrumque,  
vel saltim cum clausula, si quid exequendum, exequi-  
tationis translativa, & successivē demandanda excar-  
ceratio tanquam attētata, & de factō sequita, quo-  
niam ultrā ea, quæ ex hac parte prætendebantur cir-  
ca dicti mandati iustitiam & excessum, aliquam  
altiorem indaginem requirentia, non de facili ad-  
mitti solita adversus obligationem cameralem; Id  
recte procedere dicebam adversus hæreditatem,  
ac super bonis hæreditariis, secūs autem contrā hæ-  
redem adeuntem cum beneficio legis, & inventarii,  
in persona & bonis propriis, quoniam inter alios di-  
cti beneficii effectus illi est præcipuus, ut hæres præ-  
servatus remaneat à quocumque prejudicio, ad da-  
mino, vel molestia in persona & bonis propriis, ita ut  
in istis reputetur diversa persona ab illa hæredi, cō-  
sideranda potius jure administratorio quā proprio  
ad text. in l. finali, §. & si prefatam, Cod. de jur. deliber.  
ubi omnes, de quibus Orthob. decis. 47. numer. 1. & 4.  
Mantic. dec. 326. numer. 3. & sequen. ubi quod hæres  
beneficiatus reputatur diversa persona, atque singu-  
lari, ac si hæreditatem non adivisset, & habetur sub  
tit. de credito dec. 36.

Non negabatur per scribentes in contrarium  
hæc propositione, tanquā indubitate, quoties ad legitimam  
inventarii confectionem processum est, juxta  
formam à dicta lege, vel particulari locorum stylo  
præscriptam; Dicebatur tamen id non procedere,  
ubi inventarium non esset legitimè confe-  
ctum, quoniam idem est non facere inventarium,  
ac illud facere minus solemniter, vel minus legitimè  
3 & fideliter. Surd. dec. 22. num. 2. ubi plenè Hodier.  
in addit. Greg. decis. 496. num. 2. Romana fideicom-  
missi de Marianis 10. Decembri 1646. & 3. Iunii  
1647. coram Roias inter suas decis. 11. & 330. Macera-  
ten. cen. 12. Iunii, & 1. Decembri 1651. coram Bichio  
inter suas decis. 469 & 482. & sibi.

Nullitas autem deducebatur; Tum ex omissa le-  
gitima citatione aetris, quæ creditrix & legataria  
erat, ideoque quoad eam non citatam inventarium  
pre infecto habendum erat, juxta cons. Bart. 154.  
numer. 8. cum aliis per Buratt. & Addend. decis. 750.  
& in allegatis decis. 469. & 482. coram Bichio  
Tum etiam, quia probabatur minus fidele, ob  
omissam, vel male factam plurium bonorum descri-  
ptionem; Ac etiam, quia non erat completum in

tempore debito, cum illud ex dicta legis dispositi-  
one inchoandum sit infra 30. dies post aditam ha-  
ereditatem, ac terminandum intra alios exaginta, ut  
in allegatis decisib[us] coram Roias; Fortius autem  
in Urbe, ubi per Reformationem Pauli V. dictus ter-  
minus trium mensum abbreviatus est ad duos cum  
decreto irritanti; Et positio defectu inventarii, non  
dubitabatur, ut eadem via exequitiva, quæ com-  
petit contrā defunctū, competat etiam contrā  
hæredem, ut decis. 39. par. 6. rec. 343. par. 10. 252. 253.  
& 269. post Zacob. de oblig. & passim; Dictaque  
ultima nullitas ob non completum inventarium  
in tempore apud aliquos de Signatura impre-  
sionem faciebat, majorem verò apud alios, altera mi-  
nus integræ, ac fideliſ descriptione bonorum.

Quamvis autem causæ Patronus, multa bona  
fundamenta in factō deduceret, ad hujusmodi nulli-  
tates excusandas, ostendendo minus verum esse fa-  
cti præsuppositum, cirea mancam, seu infidelem  
bonorum descriptionem, ac etiam quod defectus  
non perficiendi in tempore proveniſſet ab injusto  
carcerationis criminalis impedimento præstito per  
eandem oppositricem, in cuius præjudicium  
impedito tempus currere non debuit, sublata  
etiam de plano altera nullitate deducta citatio-  
nis, quæ in facto justificabatur; Adhuc tamen  
dicebam, quod ubi etiam ista defecit, adeout  
in discussione negotii principalis probabilitate  
hujusmodi inventarii invaliditate dubitari pos-  
set; Nihilominus non exinde contrā hæredem, qui  
professus est hæreditatem adire cum beneficio  
inventarii, atque ad illius confectionem de fa-  
cto processit, prætendi poterat processus exequi-  
tivus.

Ut enim benè distinguendo firmavit Rota apud  
Coccin. decis. 151. numer. 4. alias decis. 96. post Zacob.  
de oblig. melius verò in Romana de Pratis 6. Iunii, &  
12. Novembri 1629. coram Verospio; Conclusio  
7 de via exequitiva concedenda contrā hæredem  
in persona, & bonis propriis, eodem modo,  
quod contrā defunctū, procedit in duobus casi-  
bus; Primo scilicet, ubi jam certitudinaliter conſit  
nullum confectum esse inventarium juxta casum,  
de quo in Bitaninacensus dict. seq. Ex secundo, ubi  
heres citatus juxta proximū positum per Salut. Ti-  
ber. lib. 1. capi. 45. ad docendum de legitimo inven-  
tario, ac reddendum rationes de bonis inventa-  
riatis, in termino sibi præfixo, comparere non  
curat, ac præmissa adimplere, cum tunc processus  
exequitivus, fundari potius dicatur in contumacia  
non curantia comparere, ac docere de inventario,  
ob quam contumaciā fingentem id, quod est de-  
terioris, supponitur, ac si esset in primo ca-  
su, quod scilicet constaret nullum inventarium  
confectum esse; Secus autem ubi comparet, ac do-  
cet de inventario, suaſque exhibet rationes, quo-  
niam, si ex parte creditorum prætendit inventa-  
rium esse defactū, sive rationes non esse inte-  
gras, vel minus benè redditas, tunc ista dicitur exce-  
ptio petitorii, cuius mixturam, seu complicationem  
continet, ideoq[ue] decidenda est per tres conformes,  
neque potest sub hoc prætextu eadere processus ex-  
equitivus, quoniam esset incipere ab exequitione  
antē judicatum, atque ponere pro conclusione id,  
quod est in quæſione, ut benè firmatur in suprà al-  
legatis decisionibus, & in illa istius cause ut infra.

Et juxta præmissa cum acerrima discussione per  
Signaturam resolutum fuit, refribendo de appelle-  
tione cum clausula, si quid exequendum, prævio  
recessu à prius resolutis, unde propterē exerce-  
ratio de factō sequuta fuit, atque in prosecutione  
cause

## DISCURSUS XXI.

43

*causa in Rota coram Cerro sub die 16. Iunii 1662. dato dubio ad formam rescripti, an mandatum esset exequendum in persona, & bonis propriis, ex eiusdem fundamentis negativa quoque prodiit resolu-*

*tio, canonizando etiam alia fundamenta, qua ex hac parte deducebantur pro dictis nullitatibus existendis. Unde propterea actris omisso hoc iudicio novum obtinuit dari dubium, an, & pro qua summa dicta hæreditas Bernardini erga ipsum teneatur, super quo diversæ prodierunt resolutiones ad materiam non facientes, dicto Roseo indefenso, ac negligente.*

In proposito autem inventarii defectivi, in una Romana pro Nuncio Prævitale creditore hæreditario; Cum ex istius parte adversus hæredes coram A. C. opponeretur ut inventarii beneficium suffragari non deberet, ob cuius invaliditatem deductam ex malitia, & dolosa plurimum bouorum occultatione, seu non descriptione, atque hæredes ad id excusandum allegarent sententiam absolvitorum ad eorum favorem latam in criminalibus à querela contra eos data de dicta occultatione, qualis quod ita inventarium, validum, ac legitimum canonizatum esset; Dicebam scribens pro creditore, utid non relevaret, quoniam stant bene simul, quod hæredes absolti essent à criminalitate, & tamen quod inventarium esset defectivum; Cum enim hæres dominus, atque inventarii omissione, seu minus legitima confessio, aliam non habeat à jure panam praescriptam, nisi illam privationis beneficiorum resultantium ex eodem inventario legitimè confessio, addebet, cessante quoad eum cum jure novissimo super d. beneficii introductione, res remaneat in terminis juris antiqui, vel mediū Digestorum & Codicis, sequitur exinde, ut contra eum non inter crimen expilata hereditatis, sed alia actio criminalis, dum totum gesti jure domini, ut in specie dictum fuit in Romana Salviani 12. Ianuarii 1646, coram Arguelles impress. apud Merlin. de pignor. decisi. 108. ubi concordante edita in casu, de quo sub iiii. de alienat. & contract. dec. 41.

*Et in una Firmana donationis pro Fabio de Silviis, occasione quarundam detractionum, pro ipsis impec- diendis, seu carum præsumpta consumptione inducenda, objiciebatur de inventario defectivo habendo pro infecto, ex eo quod ageretur de taberna, seu fundaco mercium minutarum, quarum distincta descripsio facta non esset, sed solum descriptus esset ipse fundacus, cum mercibus in confuso; Atque re- spondi, etiam pro veritate, quod hujusmodi propo-*

*sitione non subsisteret, quoniam cum ageretur de mer- cibus minutis, impossibile videtur super eis inven- tarium, ita distinctum confidere, potissimum quia dum habentur libri, memorialia, & notulae, ex istis veritas colligi potest, atque consuli fraudibus, ut in specie adverterit Cyriac. controv. num. 20. cum seqq.*

*Ac etiam quia non expedit hujusmodi distinctas de- scriptiones facere in inventariis judicialibus, que- cuique patet, sed potius reputatur imprudens coniunctum, ita pandendi vires negotii, ac minuendi opinionem, quæ est principale peculum mercato- rum, & negotiantium, ut habetur apud Cyriac. ubi supra, ubi concordantes.*

*Et ultius advertebam, hujusmodi oppositio- nem, tunc esse considerabilem, quando fieret per creditorem, vel tertium interestatum, adversus quem hæres opponeret de inventario, ne ultra vires ad integrum debitum cogi valeat; Secus autem ubi (ut in praesenti) opponitur per cohæredem de ea- dem culpa participantem, dum idem quoque in di-*

*l. inventarii confessione intervenit, cum non pos-*

*sit hæres opponere cohæredi illum defectum, quo ipsem laborat Monticul. in l. scimus Cod. de jur. deliber. num. 17. & de inventario post cap. 10. Pba- nuc. eod. tract. par. 7. num. 2.*

*Ac demum quia talis omissione, vel nullitas in- ventarii, operativa est quoad creditores, vel legati- rios, seu fideicommissarios particulares, ut isti hæ- res in solidum teneatur, neque excusari possit sub prætextu insufficientia virium hæreditiarum, id- que in casu non confecti inventarii disponitur per text. in l. finali §. & si prefaciam Cod. de jur. deliber.*

*ita disponendo potius per viam denegationis bene-*

*ficii à dicto novissimo jure inducti, quam per viam novæ pœnae, relinquendo scilicet hæredem in co-*

*statu, in quo erat præambula hora, quo dictum no- vissimum jus emanavit, attento jure antiquo, me- dio, & novo Digestorum, & Codicis; Ita enim*

*jure attento nullibi cautum est, ut hæres alii pœ-*

*næ subiciatur ob non confessionem inventarii ad*

*favorem cohæredis, quamvis non culposi, unde*

*propterea receptu est, ut inventarii omissione nil præ-*

*judicet detractionibus legalibus competentibus ad-*

*versus fideicommissarium universalem, multè magis, ubi cohæres, eodem morbo laborat, atque de ea-*

*dem culpa redargui potest.*

*Item in proposito hæredis beneficiati non con-*

*veniendi de proprio, ac ultra vires, ob omnimodam sepa- rationem proprietorum iurium, ita ut reputetur non hæres, sed simplex administrator, ut supradictum.*

*In una Romana pecuniaria seu fructuum dotis, de qua sub titulo de usur. in supplemento, in primis dispu-*

*tationibus habitis coram primo Collaterali fori Capitolini (à quo deinde causa avocata fuit, & com-*

*missa in Rota) disputatus fuit, an creditori hæreditario, cui hæres per aliquod tempus annuam presta-*

*tionem, seu aliqui debiti fructus solverit, præten- deret possit in summarissimo possessorio retinende,*

*manutentionem in quali possessione exigendi, etiam*

*adversus personam, ac bona propria, absque*

*eo quod de beneficio inventarii, ac virium hæredi-*

*tarum insufficientia opponi possit; Atque pro*

*creditorio in eo Tribunali judicatum fuit cum sub-*

*sequente etiam effectu, absque eo quod Capitaneus appellationum inhibere vellet ex auctoritate Rota decisi. 254. par. 8. rec. alias decisi. 38. num. 7. &*

*sequen. post Merlin. de pignor. ubi quod creditori possidenti, datur manutentione contra hæredem quamvis beneficium, ubi est in possessione exigendi ab ipsomet hærede, neque exceptio inventarii in tali*

*summario, ac privilegiato judicio admittitur.*

*Verum (cum sensu etiam veritatis) dicebam, ut*

*id contineret & equivocum clarum in ordine ad mol-*

*lestias in persona, & bonis propriis ipsius hæredis,*

*cum id de directo adversetur dispositioni text. in d.*

*l. finali, ac effectibus inventarii; Id enim solum pro-*

*cedit, ac recipiendum est in ipsis bonis hæreditariis,*

*eorumque fructibus, etiam adversus ipsummet hæ-*

*redem, quatenus scilicet ex iuribus sibi ex persona*

*propria competentibus, pretenderet hujusmodi bona*

*absorbere, atque ratione ejus anteriorum, vel*

*potiorum iurium tanquam tertius diversam perso-*

*nam representando, creditorem excludere, quo-*

*niam tunc dicitur exceptio peritorii, non admitten-*

*da in hoc judicio, & hic est sensus decisionis 99. par.*

*1. divers. per tot. præsertim num. 11. à qua hujusmodi*

*conclusio originata est, atque cum eodem præsup-*

*posito proceditur decisi. 55. num. 10. & 251. num. 6. &*

*7. post Cent. de cens. idemque in effectu habetur*

*dicta decisi. 254. par. 8. num. 7. & 8. & apud Post. de*

*manut. obser. 56. num. 9. Secus autem in persona,*

*& bonis propriis, dum id nullum juris fundamen-*

De LUCA  
De  
stamentis  
etc.  
GVI

tum habere videtur; Verum quia doctrinæ accipiuntur in littera, idcirco ista reputata fuerunt rationabilia.

<sup>14</sup> An autem, & quando hæres beneficiatus privatim beneficio inventarii, ac teneatur insolidum creditoribus, quibus proprio nomine ad id se obligavit, habetur actum in *Neapolitana dotis sub iuris de dote disce. 28. ubi de hac materia.*

## B I T U N T I N A C E N S V S,

P R O  
M O N T E L A B I N O R U M ,

C U M

B O V I S .

*Causa decisus per Rotam pro Monte.*

An status clericalis, vel æquitas canonica excusat à præjudiciis resultantibus ab additione hæreditatis absque beneficio inventarii; Et præsertim ubi agitur de præjudicio confusionis propriarum actionum; Et incidenter de processu executivo contra hæredem, in persona, & bonis propriis.

S U M M A R I U M .

- <sup>1</sup> *F*acti series.
- <sup>2</sup> *F*resolutiones causa.
- <sup>3</sup> *J*udicium associationis non admittit appellationem.
- <sup>4</sup> *D*e punctis controversiis.
- <sup>5</sup> *I*n annuis præstationibus quo sunt anni, tot sunt præscriptiones.
- <sup>6</sup> *M*alafides obstat etiam heredi.
- <sup>7</sup> *D*e confusione actionum per additionem hæreditatis.
- <sup>8</sup> *D*e omissione inventarii.
- <sup>9</sup> *C*lerici non conscientes inventarium, aut teneantur ultra vires.
- <sup>10</sup> *Q*uid de æquitate canonica.
- <sup>11</sup> *D*eclaratur conclusio, de qua num. 9.
- <sup>12</sup> *E*cclæsiæ non tenetur ultra vires & deratione.
- <sup>13</sup> *Q*uod canonica æquitas non excusat.
- <sup>14</sup> *D*e rationibus.
- <sup>15</sup> *D*e restituzione in integrum adversus additionem.
- <sup>16</sup> *A*n Ecclesiæ, vel pia causa cogat hæredem ultra vires.
- <sup>17</sup> *A*n, & quando detur via executiva contra hæredem in persona, & bonis propriis.

D I S C . XXII.

<sup>1</sup> *P*ro censu ducatorum 85. in sorte ducatorū 1000. ejusque fructibus multorum annorum spatio decursis, imposito per Scipionem Bonivium ad favorem Montis Labinorum, illius administratores introducta causa in Rotacoram Corrado (occasione alterius male directi judicij) associationem contra Scipionis filios intentarunt ad fundum censitum, atque Aetorum favore binæ prodierunt resolutiones sub diebus 27. Novembbris 1645. & 24. Martii 1647. quarum prima est in-

prefsa dec. 373. par. 9. & altera dec. 58. par. 10. *rebus.* Ad quarum normam expedito mandato de associando, & commissa causa appellationis in eadem Rota coram Arguelles, in solo devolutivo cum consueta clausula fine præjudicis, (dum receptum est, hoc associationis remedium de sui regulari natura non admittere appellationem suspensum ex deductis in sua materia sub iuri de judic.) Cum idem administratores agnoscerent, ut istud remedium, quamvis executioni demandatum, parum profectum ad intentum, hinc in secunda instantia coram Arguelles convolarent ad judicium exequitum contra eosdem filios, & hæredes debitores, cum quibus primum judicium actum fuerat, ac pariter binæ prodierunt favorabiles resolutiones sub diebus 1. Junii & 10. Decembribus 1649. quarum prima habetur *ead. par. 10. sec. decis. 343.* deindeque concordia finem dedit controversie.

In his autem disputatiis in utraque instantia Rotali respectivæ habitis (in quarum prima, licet ego, ut potè adhuc indeterminatus, an in Curia viam dicere deberem, Avocationis minus non assumptissim, adhuc tamen juxta stylum, sine nomine scripti, alterius advocati operam adhibendo) plures furent puncti, seu articuli examinati; Primo licet super præscriptione à Reis conventis allegata stante plurim annorum silentio; Secundò super competentia crediti anterioris dotum maternum, cuius jure idem rei de bonorum retentione objecabant; Tertiò super allegata confectione, ac respectivè omissione inventarii confessi per corum matrem & tutricem respectivè; Quartò quod cumfarent Clerici, atque causa tractaretur in foro Ecclesiastico, idcirco ratione Clericatus, vel ex Canonica æquitate, deberent esse exempti à rigorosis penitentiis. *in l. fin. Cad. de jur. deliber.* Et quinto, de quo solum actum fuit in secunda instantia, super competentia processus exequitivi in persona, & bonis propriis.

De primo puncto præscriptionis præsertim latagitur in prima decisione 373. par. 9. ubi plurimantur in hac materia præscriptionis, insinuata pluries sub tit. de credito præsertim in altera Bituminosa disce. 131. ac etiam sub tit. de censibus; Et præsertim quod Rota, & Curia sequitur opinionem Ultramontanorum, neglecta contraria Bartoli, quam aliqui Citramontani sequuntur, ut in censibus, alii que annuis præstationibus non sufficiat unica præscriptio, tanquam in debito conditionali, sed quot sunt anni, tot requirantur præscriptiones; Quodque principalis debitor nunquam præscribat ratione mala fidei, quæ influat etiam in hæredem ex ibi deductis, & in eadem decisione, quæ in hac materia circumferri solet tanquam magistralis.

Secundus punctus crediti anterioris dotum maternum pendebat à duobus proximè sequentibus, quoniam nisi doceretur de confectione inventarii, adeout intrare ex ejus beneficio propriorum iurium præservatio, ista cessante, plana est in jure corrum confusio, ubi præseruit agatur de solo præjudicio ipsiusmet hæredis absq; mixtura tertii, cui super juribus, & actionibus aliquod jus quæstum est, vel competenter, juxta ea, quæ ad hanc materiam confusionis actionum habentur sub tit. de credito præsertim disce. 40. & alibi.

Tertius punctus erat nudifici, in quo nulla dabatur sufficiens justificatio circa confectionem, & omissionem juxta ea, quæ in hoc proposito habentur in Arianen. disce. 19.

Aliqua igitur disputatio fuit super quarto puncto, an scilicet qualitas Clericatus, vel Canonica æquitas